Xiphium, xiphĳ radix, præcipue altera quam ſupra memorauimus, trahendi potentiæ eſt, & diſtrahendi atq; areſaciendi.

De incipientibus ab Y.

ὑάκινθος

HYacinthi radix bulboſa primi eſt in areſaciendo ordinis, in refrigerando autem ſecundi, impuberes autē pluſrimum pueros cuſtodire creditur cum uino appoſita, fructus eius mediocriter acerbeſcit ac abſterget, ideo arquatis cum uino datur, areſaciens in tertio ordine, inter caliditatem frigiditatemq; eſt.

Hydna omnibus cognita, inquit Galenus, magis terreſtrem dominantem habet eſſentiam breui quadam ipſi mixta partiū tenuitate.

ὑδροπέπερι

Hydnopeperi, ut alĳ hidropeperi, in aquis herbula naſcitur, ſimilis folĳs et ſurculis hedioſmo, de quo ſupra, certe maior guſtu acuta fere ut piper, ſemina uero minuta habet in ſingulis folĳs, id autem calidū, ſed non ſimile piperi. Viride autem appoſitum hypopia, hoc eſt lenticulas et neuos curat, utuntur autem ipſo pro condimento aliqui piperis loco.

Hyoſciamus maxime idoneus medicamini, cuius flos & ſemen albi ex tertio ordine refrigerantium, alij autē fugiendi, quia nulli bono uſui, & lethales ſunt. Omnes grauant caput, & in furias agunt, Latini altercum ſiue altercangenum uocant. ὑοσκύαμος

Hypericon calefacit & arefacit cum ſit tenuium partiū eſſentiæ, ut urinas & menſtrua prouocet. Oportet autem ad hęc capere non ſemen modo, ſed etiam foliū appoſitus uiridis ad cicatricem poteſt hulcera adducere, præſertim igni uſta. Aridum autem leue pigmentatum, gratilia & tabida hulcera medicatur. Iſchiadicis nonnulli præbent potandum. ὑπερικόν folia rutæ habet, frutex eſt ſurculoſus

Hyſſopum calefacit & arefacit in tertio ordine, tenuiumq; partium eſt. ὕσσωπον

Hypogloſſum ita nominatū, quod præter naturam ſubactis corymbris faciat lingularium. Eſt autē radix & ſuccus uirgulti mollificantis potentiæ.

De incipientibus ab Z.

ZEa mediam uim habet inter triticū & ordea, quare & ex illis dinoſcitur ζεά

Zinziber, zinziberis radix ualide calefacit non iuxta primam iniectionem, ζιγγίβερι